



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Amor proximi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Non ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute dili-

per est & ex eo sustentat animam suam. Ne clamet contrate ad Do-

POETICAE SENTENTIAE

Homerus.
Pythagoras in aures carminibus, & Stephanus Niger in expositione.

EXEMPLA SACRA.

obitus diem supremum, hoc postremum praeceptum re-

Amor Proximi.

DEFINITIO.

MOR PROXIMI, Graece leges 7. virtutes, idem videtur esse cum

SENTENTIAE BIBLICAE.
Non contritabis, neque affliges eum. Viduae & pupillae non nocentibus. Si laeseris eos, vociferabuntur ad me, & ego au-

PO

Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. Luc. 3.

Nulli malum pro malo reddentes, & infra, Scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

Qui enim diligit proximum, legem implet. Nam, non adulterabis, non occides, non iuraberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si, quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur.

Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Paul. ad Colos. 3.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.

Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est; & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. Ioannis 1. c. 3.

Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Ibidem.

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est, & in eo non est veritas. Ioannis Apol. 1. c. 4.

Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Qui non diligit, manet in morte.

In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si inuicem vos dilexeritis. Ioannis 13. in Evangelio.



Dilectio proximi malum non operatur. *D. Paulus ad Rom. 13.*  
Plenitudo ergo legis, est dilectio. *Ibidem.*

¶ PATRYM SENTENTIAE.

Redire dimissa peccata, ubi charitas non est superna, Dominus docet in Euangelio aperitissime, de illo seruo, qui cum deprecanti omnia dimisit, & ille conseruo suo misereri noluit, iussit cum dominus reddere omnia quae dimiserat. *Aug. l. de Baptismo.*

Ubi charitas non est, non potest esse iustitia, dilectio enim proximi malum non operatur. *Aug. & habetur 24. q. 3. l. bi.*

Sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus saluos fieri. *Aug. & hab. 24. q. 3. Corripiantur.*

Charitas est aqua, de qua Dominus in Euangelio ait: Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. *Aug. & habetur de penitentiis, dist. 2. c. Charitas.*

Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit: quomodo ergo delictorum remissionem? *Aug. & habetur de penitentiis, dist. 2. c. Charitas.*

Non putes te tunc amare seruum tuum, quando cum non caedis, aut tunc amare vicinum tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum, quando cum non corrigis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat Charitas ad emendandum & corrigendum. Si sunt boni mores, delecent: si autem mali, emendentur. *Aug. sup. epist. Ioan. & hab. 23. q. 5. Non potes.*

Radicata est charitas? Securus esto, nihil mali procedere potest. *Ibidem & habetur de penit. dist. 2. cap. Radicata.*

Si quis tantum habuerit charitatis, ut paratus etiam sit pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. *Aug. sup. epist. Ioannis, & hab. de penit. dist. 2. Si quis.*

Sicut seia inuoducit filium, ita timor introducit charitatem. Creteat charitas, minuitur timor, & conuertio. *Aug. sup. epist. Ioannis, & hab. de pen. dist. 2. Sicut.*

Si non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem: Fons est quem voluit Deus ponere, ne deficiamus: & abundantius eum bibemus, cum ad patriam venerimus. *Aug. sup. epist. Ioan. c. 7.*

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Non dixerunt, Veni: Amanti enim tantum nunciandum fuit. Sufficit, ut nouerit. Non enim amat & deserit. *Aug. super Ioan. serm. 59.*

Charitas quae deici potest, nonquam vera fuit. *Aug. ad Iulianum comitem, & hab. de pen. dist. 2. Charitas.*

Charitas in quibusdam perfecta, in quibusdam imperfecta, perfectissima autem in hac vita haberi non potest. *Aug. ad Hieron. & habetur ibidem.*

Dilectio est pacis vnda, ros gratiae, charitatis imber, semen concordiae, affectus gentium, amoris fructus, & ad summum dilectio Deus est. *Aug. ad Martianum.*

Dilige proximum sicut teipsum. Proximus in hoc loco, non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua iocit sunt omnes homines. Nam si pecuniae ratio socios facit: quanto magis ratio naturae, non negotiandi, sed nascendilige communis. *Idem ad Martianum.*

Quia radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas: & simul ambae esse non possunt, nisi vna penitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis incidere ramos, si radicem non contendit euellere. *Aug. hom. 8. & hab. de pen. dist. 2. Quia.*

Finis praeccepti est charitas. Omne enim praecceptum ad charitatem refertur. Quod enim fit timore poenae, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad charitatem, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri videatur. *Augustinus in Enchiridion.*

Ecclesiae charitas, quae per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorum, qui sui non sunt, tenet. *Aug. lib. de meritis & remissione peccator. & hab. de consoc. dist. 4. Eccl.*

Sola charitas est, quae vincit omnia, & sine qua valent omnia, quae, ubicunque fuerit, trahit ad se omnia. Scientia, si sola sit, inflat. Quia vero charitas edificat, scientia non permittit inflari. *Aug. lib. de doctrina Christiana.*

Charitas alios parit, cum aliquis infirmatur, alios curat, adificat, alios contremiscit offendere, ad alios se inclinat, cum aliis blanda, aliis seuerus, nulla inimica, omnibus mater. *Aug. de catech. & audis iudibus.*

Misericordia est animi condolentis affectus, cum additamento beneficii, ut compatiatur proximo, & largiamur de proprio. *Idem lib. de diffinitionibus.*

Longe melius & humanius, & piorum sensibus accommodatius in Caesaris laude locutus est, ubi ait: Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordia est. *August. lib. 9. de ciuitate Dei.*

Multò misericordius operatur quis circa animas infirmorum: qui bonae famae seruorum Dei consulit, quam erga corpora aegro tantum, qui panem elurientibus tribuit. *August. de opere Monachorum.*

Valde longè dirigit is, qui bene audit, & male operatur. Si potes

dare, da: si non potes affabilem te fac. Coronat Deus inuicem, ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo non de sacculo erogatur. *Aug. super Ps. 110.*

Dives & pauper duo sunt sibi contraria, & sunt contraria. Nullus indigeret, si se inuicem supportarent: & contrariarent, si se ambo iuuarent. Dives propter pauperem factus pauper propter diuitem. Pauperis orare, & diuitis orare pro paruis magna praestare. *Augustinus de Seruo serm. 11.*

Vide quantum bonum est charitas: Si ita martyrum sumus, ut nostras velimus ab omnibus reliquijs honorari, & inuicem vulgi sectantes intrepidam sanguinem fuderimus. Astantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dedimus huic operi non tam praeuiam, quam poena debetur, & pro magis tormenta sunt, quam corona victoriae. *Hieron. super epist. Galat.*

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui liberata charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & imabile est multorum preces non exaudiri. *Hieron. epist. ad Iovinianum.*

Qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiae & lachrymarum, quamuis spiritualis sit, non adimplet legem Christi. *Hier. & hab. dist. 86. Qui clementiam.*

Ficta charitas est, quae desinit in aduersitate. *Ambr. super ps. Cor. & hab. de pen. dist. 2. Ficta.*

Ille intelligit super pauperem, qui largitur pauperi. Non prodest misereri inopis, nisi alimoniam eidem largiaris. *Ambr. Iul. 18. Beati immaculati.*

Hoc est occidere hominem, vitæ suae ei subsidia denegare, ne inter oculos tuos includas salutem inopum, & tanquam multis sepelias vitam pauperum. *Ambr. super ibidem.*

Duo sunt praeccepta charitatis, Dei videlicet, & amor proximi. amor Dei gignitur amor proximi, & per amorem proximi amor nutritur. Nam qui amare Deum negligit, proximum non amat. Et tunc plenus in Dei dilectione proficimus, si in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitatem colligamus. *Greg. ad Iulian. 1.*

Perfectionis vinculum charitas dicitur: quia omne bonum quod agitur, nimirum per illam ne peragat, ligatur. Atenamque citius quodlibet euellitur opus, cum solummodo in charitate inuenitur. *Greg. lib. 28. Moral.*

Sunt namque nonnulli iustitiam, ut etiam omnem modestiam benignitatis amittunt: & sunt nonnulli ita mansueti, ut donec districti iura regimini. Vnde cunctis rectoribus vestrae imperare sunt tenenda; ut nec in disciplina vigore benignitas maneat dimissa, nec iustitia in mansuetudine districtiorum disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdurescat, & contumacem corrigunt, nec discipline vigorem moliant, cuius firmorum animos consulantur. Regat ergo vigor disciplinae mansuetudinem, & mansuetudo ornet sermone vigorem. Et sic commendatur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Gregor. Moralium lib. 19. c. 16. & habetur dist. 4. namque.*

Vera iustitia compassionem habet: falsa vero indignationem quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed illud quod agitur typo superbiae: aliquid, quod zelo disciplinae, indignationem, sed non indignantes sunt. At contra hi, qui de fallacia superbiae solent, caeteros quoque despiciunt: nulla infirmitate misericordia descendunt: & quo se peccatores esse non caetero deterius peccatores sunt. *Idem hom. 34.*

Duo quippe sunt praeccepta charitatis, amor Dei & proximi. actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Elias esse praedicationis appetit. Per contemptum vero Hieronimus in conditoris sedulo inhaerere desiderans, ne mitti ad praedicationem debeat, contradicit. *Greg. in Pastor. in Reg. & hab. dist. 4. in Ier. ris 9. Duo.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima peccatorum se misericorditer attrahit: & quae benigne descendit ad inferos, valenter recurrit ad summa. *Greg. in Pastor.*

Nihil perfectius ac Deo gratius virtute dilectionis: nihil debilius Diabolo extinctione charitatis. Quisquis igitur ferendo iurgia, dilectionem proximorum perimit, Diabolo famulus feruit. *Idem.*

Adoptio filiorum sola charitate acquiritur, Iohannis t. Deo potestatem filios Dei fieri. Quid hac potestate altius, quid hac tate sublimius dici potest, in qua potestate quisque creatur citur filius creatoris? *Idem super Ez. chielem, hom. 6.*

Omnes in vnum corpus baptizati sumus? Quid signum vnum corpus? Ne diuidamur, sed inuicem conseruamus inuicem, & tiamque tanquam vnum corpus seruemus. Nolumus inuicem alterum contemnere, ne nos ipsos contemnamus. Nemo vni corpus suam odio habuit, sed nutrit & fouet. *Ioannes Cor. super illud Pauli 1. Corinth. 13. Omnes in vnum corpus baptizati sumus.*

Si indifferenter omnibus dederimus, semper misericordiam autem dicere coeperimus, nunquam misericordiam praestemus.

tem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem, tan- tundem in te domino tuo licere. Sen. ad Luc. epist. 47.

Habet in aduersis auxilia, qui in prosperis commodat. Senec. in proverbijs.

Qui succurrere perituro potest, cum non succurrit, occidit. idem. Tacite danda sunt beneficia, vt nota sint folijs, quibus profunt. Interdum etiam ipse, qui iuuat, fallendus est, vt habeat, nec a quo accepit, sciat. Senec. lib. de benef.

Multum interest inter materiam beneficii, & beneficium. Itaq; nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum, quæ a proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. ibid. lib. 1. cap. 5.

Plerique sunt qui beneficia asperitate verborum & supercilio in odium adducunt, eo sermone vsu, ea superbia, vt impetrasse pœniteat. ibid.

Tempore beneficia magna sunt. Beneficium est, vsus in fame panis. Beneficium est, arentibus siti, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus, monstrare fontem. Eo animo quidquid debetur, quo datur, nec quantum fit, sed a quali voluntate penditur. Maius enim aur minus fit, quamuis idem sit tempore, loco, causa. ibid. l. 3. cap. 8.

Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægre dimittere vilis est, & sic dare, tanquam si sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia, parata, facile occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. ibid. libro 2. cap. 1.

Optimum est, occupare antequam rogemur. Quia cum homini probò ad rogandum os corruat, fusiundatur robore, quem ob tormentum remittit, multiplicat munus suum. ibid.

Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit. Nulla res carius constat, quam quæ precibus emptæ est. Molestum enim verbum est onerosum, & demisso vultu dicendum, rogo. ibid.

Nihil charius æstimamus, quam beneficium, quamdiu perimus: nihil vilius, quam cum accepimus. Vnum bene positum beneficium, multorum amissorum damna restituit. ibid.

Quamuis omni perenti dare debeas: ramen in beneficio spectandi sunt mores eius, qui datur, & animus erga nos, & cohabitatio vitæque societas, & ad nostras vilitates officia ante collata. ibid.

Pulchrum sanè prædicandum, beneficium, nulla dilatione suspensum, nullis precibus redemptum, nullis meritis comparatum. Gratius est enim donum, quod venit ante preces. ibid.

Quis nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid suspicatus est a se peti, frontem obdixit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus & de industria non inuenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & varijs artibus necessitates properantes elusit? In angusto verò comprehensus aut distulit idem, aut timide negauit, aut permisit, sed diffidit, sed subductis supercilij, sed malignis, & vix excurrentibus verbis? ibid. lib. 1. c. 1.

Deos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur, Demus beneficia, non foeneremur. idem. Succurrere pauperitati amicorum stude, imò potius occurrere. Seneca lib. 2. de moribus. Clementiæ esto cultor, sæuitiæ detestator. Seneca de formul. vitijs.

§ POSTICÆ SENTENTIÆ.

Ex Prospero. Quod sibi quisque noluit fieri, non inferat ulli. Louchius Poeta. Si conferre cupis cuiquam beneficia benignius, Tum prius exornet quem tua dextra, vides. Deuote bonos meritis, res optima multis, Nam vultu ex illis gratia longa tibi. Sed si desit ar. in forum velle facultas. Redde stultifera qui sedet arce pater. Iesus Syrach Eccl. c. 7. Pauperibus semper clementem porrigere dextram, Te super se veniat gratia magna Dei: Vitis saluanti benedictio nominis ad sit: Teq. probet toto quicquid in orbe viger. Louchius. Corde creatorem de toto dilige summum: Hunc solum ex omni robore mentis ama. Cum deus est Domini filios coluisse ministros: Esse Deum seruos vult in honore suos. Qui tibi diuini pandunt mysteria verbi, Sincero Christum pectore ore docent: Trinitas illis cum summo deser honore: His offer, quod habes, mandat se ipse Deus. Quid lib. 2. de Ponto. Eleg. 3. Mitius est lasso dextram supponere mento, Mergere quam liquidis ora natanti aquis. Quid. de Ponto. lib. 2. Eleg. 9. Regia crede mihi res est, succurrere lapsis: Conuenit & tanto, quantum es ipse, vno.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Hæc tantum præcepti mei summa est: Sic cum inferiore viuas, quam admodum tecum superiorem viuere velis. Quoties in men-

Amor sui.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Amor sui, Græcè ἑαυτοῦ ἀγάπη. Propriè dicitur φιλαυτία. Est sui amans, qui sui ipsius causa cuncta peragit, in quibus quæpiam subest vilitas. Arist. lib. 2. Mag. Moral. c. 13.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Philautia omnium cogitationum affectus inducentium causa H 4 con-

POLYANTIEA